observantissimum.

In Basilicis Græcis solo Ritu Græco celebretur Liturgia, sicut in Romana solo Latino. Licitum autem sit in Ecclesia Græca Romanorum, in Romana Græcorum, ut antiquitus moris erat, et nunc est Hierosolymis sua erigere Altaria, ita ut super Altari Græco Græcus suo Ritu semel tantum in die celebret.

Altaria Græcorum velata de more eorum Ecclesiæ fiant, et Basilicæ ad Orientem Altari iuxta modum à R. P. Goar in Euchologio descriptum erigantur.

Nulli Laico liceat ad communicandum ingredi Sanctuarium, nisi tantum Clericis iuxta Can. 31. Concil. Bracarensis Primi, tum Can. 57. Conc. Sexti genalis, tum Can. 4. Conc. secundi Turonensis, et Concil. tertij Colosensis par. 3. cap. 31.

4º In Ecclesia Græca Orationes, et Cantus maneant immutati, nihilque de novo adijciatur, neque adimatur, et non necessitentur Græci ad hymnos canendos Ecclesiæ Romanæ, nihilque poetice compositum in Ecclesia Græcorum psallatur iuxta Canon. 30. Concil. Bracarensis primi.

5º Nemo Romani Ritus dicat in Ecclesia Græca non esse Sacramenta vera, et conversio videndus de hoc R. P. Thomas à Jesu Ordinis Carmelitarum Thesauro Sapientiæ divinæ

ingen-